

Edward F. Dowd, A Conspectus of Modern Catholic Thought on the
Essence of the Eucharistic Sacrifice, Catholic Univ of Amer, 1937

Caput I: Theoriae extra-consecratoriae

Extra-consecratoriae dicuntur eae theoriae quibus essentia sacrificii eucharistici ponitur sive totaliter sive partialiter extra duplicem consecrationem.

Quattuor sunt tales: theoria ep. Bellord, theoria Franz Renz, theoria Franz Wieland, theoria Bellarmini.

- A. Theoria Iacobi Bellord, ep. Milevis.
Exposita Amer. Eccl. Rev., 33 1905 1-14, 258-73
Essentia sacrificii eucharistici est sola celebrantis communio.

Fundamentum et Methodus:

In nostra fere tempora theologi ignari investigationis historicae et archaeologicae ex qua hodie mens hominis primitivi cognosci potest et melius deinde litteratura classica intelligi

Sacrificium esse actum spontaneum et naturalem hominis neque ex aliqua conventionem vel legislatione ortum; e temporibus primis exsistebat neque aliud fecit Moyses quam hanc institutionem primitivam legibus ordinare et ornare.

Materia et actio sacrificialis:

Ex investigationibus historicis constat formam primogeniam sacrificii esse dapem seu caenam una cum Deo sumptam

Primo quidem homines crediderunt ipsum Deum comedisse; postea portionem Deo datam igne consumi solere.

In sacrificiis iudaicis materiam semper fuisse cibum; quod animal mactabatur, per accidens fiebat ut ad statum cibi redigeretur.

In nova lege sacrificialis materia est cibus

In omni sacrificio finis intentus est caena per quam unio vel frateritas cum Deo obtinebatur.

Quamvis non de essentia sacrificii, sanguinis effusio proprium habebat significatum: sanguis enim considerabatur tamquam sedes animae, vitae fons, cognationis (consanguinitatis) fundamentum

Crux, Caena, Missa:

Mors Xti crucifixi dici potest sacrificium moraliter ex dispositionibus Xti internis, eminenter ex eo quod historiae humanae eventus principalis erat e quo omne sacrificium proprium significatum et efficaciam habet

Litteraliter tamen mors Xti crucifixi non erat sacrificium nam non erat ritus figurativus repraesentativus commemorativus; non erat quid liturgicum, nulla actio sacrificialis, nulla applicatio effusi sanguinis populo adstanti, nulla victima comestibilis, nulla caena.

At in quantum habetur unio organica cum inter caenam et crucem, tum inter crucem et missam, habetur verum sacrificium quia habetur caena in qua fit unio cum Deo per manducationem et potum.

Crisis:

In omnibus fere punctis haec theoria ab omnibus theologis et scriptoribus toto corde reicitur.

B. Theoria Franz Renz, professoris Breslau
Die Geschichte des Messopfer-Begriffs, 2 vols, Dillingen und
Freising, 1902

Sacrificium est est sanctificatio subiectiva per mortem voluntariam
hominis absolute et plene liberi

Per excellentiam tale est sacrificium crucis; per participationem
vel adumbrationem sacrificii crucis, caetera omnia sacrificia sunt
sacrificia.

In missa distinguuntur duplex elementum: aliud materiale et
obiectivum, aliud formale et subiectivum.

Elementum materiale et obiectivum est confectio similitudinis
mortis Xti per dupliem consecrationem; non asserit, uti Vasquez,
immolationem incruentam sed meram representationem per separationem
eucharisticam corporis et sanguinis; quae representatio adeo maior
et efficacior est propter realem praesentiam.

Elementum formale et subiectivum est hominis sanctificatio per
communionem; quod elementum est principalius; sicut enim consecratio
efficit sanctificationem obiectivam, communicatio subiectivam efficit.

Credit Renz hanc suam theoriam solam fuisse admissam a
Patribus et theologis mediaevalibus, quod primo volumine demonstrare
conatur; secundo volumine arguit theorias alias tamquam reactiones
exaggeratas et violentas contra negationem protestanticam veri et
proprii sacrificii.

Tenet Renz suam theoriam solam tuto teneri posse

C. Theoria Franz Wieland, vice-Rectoris seminarii apud Dillingen, Bavaria
Varii libri germ conscripti circa ecclesiam cath. primitivam

Docet in eccl. prim. eucharistiam fuisse meram recitationem
actionis gratiarum ubi species consecrabantur in nutrimentum spirituale
fidelium; sacrificium ~~ex~~ fuisse sacrificium crucis, eucharistiam vero
applicationem fructuum unici sacrificii

Non vult negare missam esse sacrificium sed negat validitatem
definitionum scholasticarum in quibus requiritur immutatio vel destructio
doni ad essentiam sacrificii

Docet primitivam eucharistiam fuisse coenam, at ex influxu Veteris
testamenti et religionum paganarum, postea Xtiani considerabant
eucharistiam coenam tamquam symbolum sacrificii crucis; unde nulla
vera mutatio in conceptu eucharistiae nisi quod additur metaphora

Interpretatur doctrinam Tridentinam "offerre corpus et sanguinem
Xti" scdm sensum metaphoricum et pristinum, uti ait.

Re vera scdm hanc theoriam, tenet Wieland, sacerdotes offerunt;
faciunt enim ut Corpus et Sanguis Xti Deo iterum praesentantur sub
novis formis et speciebus. Offerre sacrificium est expressio quaedam
metaphorica ad denotandum actum consecratorum.

D. Theoria S. Roberti Bellarmini, SREC, EDoct., etc.

Tenet consecrationem atque communionem esse essentialia in SS. missae sacrificio; consecrationem quidem esse principalem, communionem completivam at essentialem; ita ut sine communiō nullum sacrificium.

Fundamentum erat necessitas alicuius destructionis realis ut sit sacrificium; quae destructio invenitur tantummodo in ipsa communiōne.

Consecratio est elementum repraesentativum sacrificii crucis inq̄ super altare sistuntur corpus et sanguis Dī sub speciebus panis & vini.

Consecratio ordinatur in communionem: nam sistuntur corpus et sanguis in ordine ad manducationem, sub forma cibi et potus.

At haec non sufficiunt; deest enim victimae destructio realis; ideoque communiō, ubi inveniri dicitur talis destructio, est essentialis.

Patres C SS Redemptoris, fundatorem S. Alphonsum sequentes, hanc theoriam propugnare perguntur. Ita recenter

Clemens Marc, Inst. Morales Alphonsianae, II 128-30, Roma 1885

P J Hermann, Inst. Theologiae Dogmaticae III 234-37, Roma 1897

Joseph Aertnys, Theologia Moralis II 71 Paderborn 1906 edit 7a

qui notat non quamlibet corruptionem specierum sed manducationem complere sacrificium; secus extra missam completā posse sacrificium.

Etiā alii hanc theoriam tenent: L D Ridder, NRE 35 1903 442-44;

Mgsr Gibergues, The Mass and Xtian Life, vers angl authentica Edinburgh 1921

Caput II : Theoriae Immolationis

A. Immolatio Realis.

Card. Juan de Lugo, SI, Disp. Scholasticae et Morales, 4 vols, Paris 1869 (edit 9a), De Eucharistia, Disp. 19

Fundamentum est necessitas destructionis realis, quae tamen duplex esse potest

Destructio physica et substantialis, uti in antiquis holocaustis, quae tamen in Eucharistia locum non habet, cum Xtus in caelis gloriosus mortem iterum pati nequit.

Destructio moralis in quantum victima ad statum declivārem reducitur; puta vini libationem, rerum in fluvio demersionem, etc., ubi ad usus pristinos res diutius ānepta efficitur

In Eucharistia habetur talis destructio realis etsi moralis: Xtus praesens sistitur non tamquam homo sed tamquam cibus; status cibi est declivior quam status hominis; ergo.

Haec theoria diu oblivioni data saec XIXo renascebatur duce Card. Franzelin, De Eucharistia, Roma 1873 (ed 2a) p 388

Negavit Franzelin sufficientiam theoriarum de mactatione mystica respraesentativa sacrificii crucis; hoc sufficere ut missa sit sacrificium relativum; at missa etiam est suo nomine verum et proprium sacrificium; ideoque requiritur vera victimae destructio; quae victima utique non est species panis vel vini sed ipse Xtus qui prouti in statum decliviorē reducitur, exinanitionem patitur atque kenosin.

Henricus Lambrecht, presbyter dioc. Gandavensis, De SS Missae Sacrif. Louvain 1875, addidit probationes e SSCr PP Liturgiis Rat Theologica

Xtus privatur extensione actuali in Eucharistia; unde vera exinanitio, status declivior.

Conspectus theoriarum de essentia sacrificii eucharistici.

II A continuatur

Aemilius de Augustinis, SJ, qui accipit quidem immolationem mysticam per duplicem consecrationem eiusx vero insufficientiam notat ideoque addit statum declivorem Lugonianum: Xtus est in statu decliviori inq homo est cibus et potus.

De Re Sacramentalia praelectiones Scholastico-dogmaticae, Woodstock 1878, II 256

Petrus Einig, Prof. Seminarii Trier, Tract de SS Euch Mysterio, Treves, 1888

Rationes confirmatorias addidit huic theoriae: essentia missae non est in repraesentatione crucis sed in vera immolatione

Hurter SJ Prof Univ Innsbruck exponit opinionem Franzelin Theol Dogm Compendium, Innsbruck 1889, III 384 f

Ferdinandus Stentrup, eiusdem Univ, De Sacrificio Euch, Innsbruck 1889 Eadem tuetur theoriam. Argumentum e ratione theologica evolvit In Eucharistia Xtus non habet normalem usum sensuum; unde exinanitio eucharistica

Antonio Ballerini, Opus Theol. Morale, 7 vols, Prati 1891, Edit a Domenico Palmieri, IV 704

Vult elementum absolutum in sacrificio missae; quod invenit in quantum Xtus reducitur ad statum cibi et potus.

J M A Vacant, Prof. magni seminarii Nancy, Histoire de la Conception du sacrifice de la messe dans l'eglise latine, Paris 1894

"Nostris diebus opinio Lugonis dominari videtur, maxime propter expositionem magistralem Card. Franzelin." Ubi simul propria opinio continetur.

G Bernardus Tepe SJ. Inst Theol Paris 1896, IV 295

Adest sacrificium absolutum in q Xtus reducitur ad statum entis inanimati.

Addidit tamen ad complementum huius theoriae ordinatio istius cibi in destructionem per manducationem; essentia missae est in consecratione, ubi tamen etiam adest ordinatio ad destructionem ulteriorem.

Petro Card Gasparri, Prof Iuris Canonici, Inst Cath de Paris, Tractatus Canonici de SS Euch, 2 vols Paris 1897, I 19

Praefert theoriam Lugonis et Franzelin theoriae mactationis mysticae

Joannes Baptista Sasse, De Sacr., 2 vols, Freiburg i Breisgau, 1897, I 514, 537, 546; amplectitur theoriam Lugonis uti a Franzelin expositam Xtus reducitur ad statum declivorem in q cibus et potus

Gustavus Lahousse, Prof theol dogm Lovaniensis, De Sacr, Bruges 1899 Status declivior: in euch Xtus habet oculos qui non vident, aures quae non audiunt, nares quae non odorant, etc.

Heinrich Gutberlet, Dogmatische Theologie, Mainz 1901

Defendit hanc theoriam contra adversarios: status declivior et ordinatio ad manducationem

Conspectus theoriarum de essentia sacrificii eucharistici

II A continuatur

Inter oppugnatores theoriae Bellord Tierney, Smith, Cronin asserunt sufficientiam theoriae destructionis per reductionem ad statum declivorem

Thomas Slater, St Beuno's NWales, refutat Bellord ex eo quod in datis archaeologis adest notio destructionis

Genicot Lehmkuhl Cappello defendunt vel praeferunt theoriam Lug-Franz

Michael Gallagher, ep Detroit, Amer Eccl Rev 48 1913 513-30
Cum sacrificium sit visibile, quaerit scdm sensum communem et opinionem uti ita dicam laicam ubinam in missa adest elementum destructionis

Iam vero ad sensus iudicium in missa Xtus reducitur ad statum materiae inorganicae; id quod sufficit ad rationem sacrificii, cum sacrificium est quid per se visibile

Quamvis profiteatur adhaerentiam ad scholam Lugnois et Franzelin, haec tamen est theoria alia et nova.

Michael Bäuerle a Neukirch, OMCap, Estud Francisc 44 1932 330
Anima Xti in Eucharistia mortificatur in operationibus naturalibus ad extra; corpus Xti patitur suspensionem activitatum spatialium

Auctores spirituales fontem pietatis in hac theoria invenerunt
Bauthier, Le sacrifice dans le dogma catholique et dans la vie chretienne, Lyons 1889 edit 4a

Tesniere, Somme de la predication eucharistique, 2 vols Paris;
The Adoration of the Blessed Sacrament, New York 1902

B. Theoriae immolationis virtualis.

Lessius, De Perfectionibus Moribusque Divinis, Freiburg im Breisgau 1861, p 260 ff.

Per se verba consecrationis efficiunt realem separationem corporis et sanguinis Domini; per accidens hic effectus deest propter statam gloriosam-et-impassibilem-Xti concomitantiam partium; ex vi verborum datur separatio, ideoque gladio verborum virtualiter immolatur Xtus.

J H Oswald, Prof apud Paderborn, Die dogmatische Lehre von den heiligen Sakramenten der katholischen Kirche, 2 vols, Munster 1870

Docet missam esse mysticam symbolicam effectivam: actione mystica fit effusio sanguinis mystica; verba sunt gladius mysticus; et effectus gladii etiam mysticus (immolatio virtualis)

W Wilmers SJ, Handbook of the Xtian Religion, New York 1891, ed 3a
Mors aequivalens ex duplici consecratione

De Card. Mercier, archiep Malinensis, "Retraite Pastorale"

Sacrificium verum sed mysticum; efficitur duplici consecratione
illa destructio non realis sed mystica quae requiritur in omni vero sacrificio
de hac fit separatio corporis et sanguinis

Conspectus theoriarum de essentia sacrificii eucharistici

II B con'd (immolatio virtualis)

J C Broussolle, Theorie de la Messe, Paris 1913

Xtus super altari apparet ac si immolatus; verba consecrationis suplicis efficiunt quamdam separationem mysticam

E Bourceau, La messe, Etude doctrinale historique, dogmatique Paris 1914 edit 3a

Vera immolatio impossibilis propter statum Xti gloriosum; ergo immolatio mystica; verba consecratoria efficiunt statum victimae

Edouard Hugon OP, Tractus dogmatici, III 453

De se datur separatio corporis et sanguinis; de facto non; unde virtualis immolatio mystica

C. Theoriae immolationis compositae

Una theoria conflatur ex opinione Lugonis et opinione Lessii.

J M L Monsabré OP, Carême 1884, Paris 1890 edit 5a

Incipit a theoria Lessii quam reddit magis convincentem per theoriam Lugonis; primo immolatio virtualis et deinde realis.

Henri Lamiroy, Prof magni semin Bruges, Thesis doctoratus Lovanii Ex SScr probat necessitatem destructionis victimae

Xtus sub sacramento per verba consecrationis ponitur sub apparentiis externis mortis et destructionis unde manducari possit

Theoria plus postulat quam theoriam Lessii, minus dat quam theoria Lugonis

Louis Prunel, vice Rector univ cath Parisiensis, Cours superieur de religion, V, Les sacrements (Paris 1931 edit 16a) p 186

Magis acceptabiles sunt theoriae Lugonis et Lessii quorum vel altera vel, inquantum mutuo ipsae se complent, utraque teneri potest.

D. Theoriae immolationis repraesentativae.

Gabriel Vasquez, 1551-1604, Commentaria et Disputationes in Tertiam Partem Sancti Thomae, vol 3 disp 220, c 3, n 28-26

Distinxit inter sacrificium absolutum et relativum

Sacrificium ex parte materiae est res quae Deo offertur immutatione, ex parte actionis est ipsa immutatio in re producta, ex parte significationis est nota seu signum quo Deus agnoscitur tamquam auctor vitae et mortis.

At praeter sacrificia absoluta in quibus invenitur immutatio immolativa, sunt sacrificia relativa seu commemorativa quae repraesentant cum symbolice tum etiam actuali quadam re-praesentatione et oblatione offerentem et victimam sacrificii absoluti.

Eiusmodi tandem est sacrificium missae.